



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Dom III. post Pentecosten, Lect. 3. tripart. Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. 1. pars ostendit quam meritò ad Christum erant appropinquantes peccatores. 2. quam immeritò ea de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

rum, undique concurrerent Iudæi ex tota Palestina propter obligationem legis: imo & ex omni natione quæ sub celo est, ut factum est in die Pentecostes Parthi, Medi, Ælami, & qui habitant Mesopotamiam, Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Ægyptum & partes Lybie, & advenæ Romani, Cretes, & Arabes. In Jerusalem enim quasi matrice & metropoli Synagoga, erant collegia & hospitia omnium gentium: & Iudæi qui per gentes toto orbe erant dispersi obsecrantes, præsertim Antiochi Epiphaniæ, & Profelyti qui oriundi ex Gentibus Judaismum ce-

Ab. 2.

Apoc. 21.

Baruch. 3.

Matth. 8.

Dem numerum salvandorum cito compleri optat.

Apoc. 6. 6.

rant amplexi, consuebant in Jerusalem, & in templum ejus religionis gratia. Hoc ergo miraculo ascribitur, quod nunquam templum istud imple- rum ita fuerit, ut propter loci angustias aliquis excludi deberet. Figura, hic erat, cum Ecclesia, cum Domus Dei æternæ. Ad Ecclesiam concurrunt ex omni populo & lingua, ex omni quæ sub celo est natione, nec ullos excludit. Ad domum quoque Dei æternam concursus fit ab Oriente & Occidente, à Meridie & Septentrione per portas tres in nomine Trinitatis, & adhuc locus est, O quam magna est domus Dei & ingens locus possessione ejus: Tandem autem janua claudetur, & cæcabiturque domus illa impleta, quando impletus erit numerus convivarum, de quibus Dominus: Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno Calorum: Filiis autem regni ejiciuntur in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium; quia scilicet vocati noluerunt venire.

Optat porro Deus, optat etiam ipsi Beati hunc numerum quanto citius impleri; ideo dicit Patrefamilias: Exi cito in plateas. Vult festinare servum qui mittitur, ut etiam festinent qui vocantur. Non solum molesti sunt invitanti qui tergiversantur, vel se excusant, sed etiam aliis invitatis qui jam venerunt: Sicut enim in cœna hujus sæculi à Patrefamilias multis præparata, molestum est his qui primo advenerint, si cogantur diu expectare alios morose venientes; & molestius quidem, si instante jam hora cœna oporteat aliquibus se excusantibus huc illuc mittere, quia non vult Patrefamilias accumbere, nisi mensa sit plena accumbentibus: ita quadam ratione in cœna Dei conferetur Sanctis importunum, quod invitati se excusent, quodque numerus invitatorum quanto citius non adimpleatur, quia differtur per id gloria corporis eis debita; sicque non est consummata & plenissima refectio, donec advenerit ultimus electorum. Attende responsum datum animabus Martyrum conquerentibus: Visquo Domino non judicatis & non vindicatis sanguinem nostrum? Respondetur enim eis, ut requiescant adhuc tempus modicum, donec compleantur conservi eorum. Anima illæ non tam ex zelo vindictæ queruntur, quam ex zelo justitiæ, quod sanguis injuste effusus, & corpora injuste occisa non restituantur eis, sed adhuc in morte detineantur; & respondetur eis, quod numerus conservorum ipsorum prius debeat

Rational. Evang.

compleri, antequam corpore glorioso vestiantur: sic plenam beatitudinem corporis & animæ non sunt habituri, nisi compleatur numerus electorum. Merito ergo Deus quasi ea de re sollicitus mittit servum, qui cum festinatione advocet eos qui hunc numerum implent; & si qui videantur oscitantes & tardigradi, jubet ut eos compellat, hoc est urgeat, trahat, obsecret oportune, importune; & omnem in hoc impendat operam & diligentiam, voce & exemplo, ut veniant, ita ut videatur quodammodo cogere; & id quidem ne nimium alii retardentur, expectantes fratres suos ut accumbant convivio plenissimo. Unde locum citatum ex Apocal. sic explicat, & huc applicat S. August. sermone 11. de Sanctis, ubi sic ait; Tali modo loquitur Deus Sanctus, velut quilibet Patrefamilias habent multos filios, singulique de agro reverentibus, & rogantibus ut cibum sibi tribuat, respondet: Refectio quidem vestra parata est, sed expectate fratres vestros, ut cum in unum posui fuerint, omnes in commune comedatis. Hæc Aug.

Itaque festinemus & nos quandoquidem festinare jubet Dominus servos suos nos vocantes: festinemus, inquam, ad illam vocati cœnam, nec vanas queramus excusationes. Relinquamus vias erraticas, lutosas, lubricas, tritas à plebe pereunte; abstrahamur à sepiibus, à vitis & peccatis spinosis, sequamurque Domini vocationem, & servorum ejus instructionem, quæ nobis viam securam præmonstrat. Non inveniamur increduli, non rebelles, non exasperantes, non ingrati illi qui dignatur nos vocare, & servos suos ad nos mittere. Nec molesti & importuni inveniamur fratribus nos expectantibus, quorum differtur gloria, dum tardamus, dum non pie vivimus, dum gratiæ vocanti non respondemus; si enim vocem & manum ducentis sequeremur, mox conservorum numerus impleteretur; & sequendo fratrum nostrorum vestigia, ejusdem cœnæ & gloriæ particeps efficeremur. Dicam ergo cum Apostolo. Festinemus ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum; & non simus de illis quibus non profuit sermo auditus, non admissus fides ex his quæ nudi sumus. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. Ad suam vocem aures nobis aperiat & corda, qui est benedictus in sæcula.

Conclu.

Heb. 4.

DOM. III. POST PENTECOSTEN.

Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Luc. 15.

Christus Dominus ingreditus Synagogam reperit librum Isaie Prophete: quem & ubi revolvit, invenit locum ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me propter quod unxit me; Evangelizare pauperibus misit me sanare contritos corde prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere

Lect. 3.

tripart.

Pars I.

Recit. peccatores

ad Christi sum ap-

volvit

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

Luc. 4.

confraetos in remissionem, predicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum pliuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium oculi erant intendentes in eum. Cepit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris. Equidem spiritus suavitatis & benignitatis ungerat Jesum quapropter repletus unctioe suaveolente, facile ad se attrahebat peccatores & publicanos, ut medereret eis, ut sanaret contritionem cordis eorum, ut vincula eorum dissolveret, ut annuntiaret ipsis nuntium acceptabile remissionis peccatorum, ut spiritus & unctio nis sua faceret eos cum laetitia confortes.

n. Tim. 1.

S. Th. 3.

p. q. 1. a.

Erant appropinquantes ad Jesum publicani & peccatores; & ipse officium nominis sui, munus missionis suae absque dubio erga nos exercebat. Fideles sermo & omnium mundum peccatores salvos facere, inquit Apostolus. Hoc ita fuit ejus officium, haec quae missionis causa, ut dicant plerique Theologi, quod Christus non venisset, nisi peccatum fuisset. Saltem, consentientibus omnibus Theologis, Filius Dei in carne mortali & passibili tot miseris obnoxius nullatenus advenisset; nisi Adam peccasset, & in eo ejus posterii involuti fuissent peccato. Omnia enim quae in carne passus est, ad peccatorum nostrorum ordinata fuere medelam: Tolle morbos & vulnera, nulla erit medicina causa, inquit S. August. serm. 9. de verbis Domini, non descendisset Pastor relinquens nonaginta novem oves in deserto, nisi centesima aberrasset, qua quaerenda erat, sananda, reducenda. Accedite igitur agri ad Medicum, accedite oves ad Pastorem, appropinquate publicani & peccatores ad Jesum. Immo potius accedat ad vos benignus Medicus, accedat Pastor pius, accedat ad vos Salvator Jesus nec enim potestis ad eum appropinquare, nisi ipse prius sua ad vos accedat peccate & gratia.

Christus peccatores praevius.

Intentio appropinquantis.

Non potest peccator ex se venire ad Dominum, oportet praevieniat Dominus, quaerat, vocet, illuciat, attrahat. Unde si appropinquantes erant publicani & peccatores, ipse prius appropinquabat & trahebat eos. Dum ferrum videtur currere post magnetem, non est vis in ferro ad appropinquandum, & sese magneti conjungendum: sed in magne est vis ad trahendum, & efficacia talis ut huius attractus obediatur ferrum. Magnes est mysticus Christus Dominus. Si peccatores duri ferreaeque corda ad eum accedunt, certe ipse est qui trahit occultata virtute sua, ipse est qui animum & vires suppeditat ad veniendum. Hoc tibi persuade factum in his peccatoribus & publicanis, quia non tam gestu corporis quam gestu cordis eum sequebantur Evangelizantem, ejus cordi appropinquabant per conversionem, ejus vestigiis inhaerebant per humilitatem, ejus monitis obtemperabant per obedientiam & pietatem. Erant enim appropinquantes, ut audirent illum, inquit textus Evangelii.

cus. Non erant appropinquantes ut caperent eum in sermone, ut Verbum in verbo reprehenderent, ut insidias ei struerent, sicut soliti erant Pharisei; sed ut verba vitae ejus ex ore perciperent. Viderant & audierant quanta cum manufactura quoslibet ad se accedentes suscipere, alliceret, instrueret: quanta cum efficacia spiritus sermo divinus ab illo prodiret: ideo in eius se gratiam & familiaritatem insinuare conantur, poterantque dicere sicut Apostoli, Domine verba vitae aeternae habes, ad quem ibimus? Merito igitur appropinquabant ut audirent illum: & qui per peccatum longe a Deo recesserant, per Christum rursus Deo prope fiebant. Peccatum infinitam distantiam quodammodo inter Deum & peccatorem constituit, per Christi gratiam distantia illa tollitur, & Deo appropinquatur, dicente Apostolo: Eratis aliquando longè, Ephes. 2. nunc autem in Christo Jesu facti estis propè, in Sanguine Christi.

Dignum verò notari est, quòd Publicani ad Christum convertuntur, ei que appropinquantes Pharisei vero tanto magis avertuntur ab eo, & rectorum abeunt. An non & hi peccatores sunt sicut Pharisei & illi? Cur ergo fastidiunt Medicum? Cur deteriora sunt ad eum verbum? Haec nempe differentia erat, quod Pharisei erant occulti peccatores, alii vero erant publici. Pharisei exterius apparebant justi, interius invidia, superbia, ambitione erant pleni. Hoc autem ferè contingit, quod illi qui exterius parent ut probi & pii, & nihilominus interius sunt depravati & impii, tardiores sunt ad conversionem, quam qui palam improbi habentur. Unde S. August. tract. de consensu virginitatis a ferit, peccatum publicum licet sit gravius secreto, facilius tamen quandoque curari quam secretum. Quia secretum & occultum peccatum nemo reprehendit, publicum vero reprehendunt, tum superiores, tum alii, quibus cura incumbit: imò & omnes quadam publica voce illud arguant; sic fit ut qui publice peccaverunt, tandem tot impulsu reprehensionibus, & à propria conscientia redarguti ad cor redeant & respiciant, sineque felicem consequantur. Certè id licet in Samaritana, quae ibi vidit peccata sua Christo esse nota, ad illorum poenitentiam est conversa. Item in Rege Davide: ipse enim quando ejus fuit secretum peccatum poenitentiam non egit, immò illud celare cupiens homicidium adulterio junxit, occidens Unam gladio filiorum Ammon. At postquam vidit suum detegit peccatum, & à Nathan cognitum, illo se verè argente. ejus culpam, per amara ductus est poenitentia. Haec est ratio, cur crebrò Deus permittat quaedam publicari peccata, ut scilicet hac ratione confusi quae patratunt, convertantur. Imple facies eorum. Psal. 34. gnominia, & quarent nomen tuum. O quam multo putantes latere in se cibus suis nihil minus quam de respicientia cogitabant: illico autem prodente se peccato, illud derelicta sunt & deseruerunt! Hoc permittit iusta Dei poenitentia, quia nullo modo

Psal. 118.

ut eum tamē dispēdio hi salventur, quam cum opinione pietatis. æternis flammis mancipentur. Unde possunt dicere: *Iustus es Domine & rectum iudicium tuum vivet anima mea & laudabit te.* Et iudicia tua adjuvabunt me. Et iterum: *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas. Prius quam humiliarer ego deliqui.* Humiliatio & confusio per manifestationem latentis delicti exorta, calcar est ad salubrem penitentiam; ita ut ficut equus generosus qui impeditur mox sententia calcaria alacriter refurgit, & ferventius pergit, sic etiam nonnullis contingit.

Part II. De injuria Pharisæorum quarela.

Pharisæi igitur pessimi Christi gesta interpretantes, ipsius erga peccatores beneficium verunt in veneficium; hoc facit invidia quæ de melle fugit venenum. Murmurabant dicentes, *quia hic peccatores recipit, & manducatur cum illis.* Impium sane murmur, & venenatum; idem enim est ac si murmurarent contra Deum, quod veneficos suos radios diffundat; aut contra fontem, quod rivulos dispergat & pateat in abluitionem peccatorum & monstruata: aut contra medicum, quod cum ægris converteretur ut eos sanat, aut contra Pastorem, quod ovem perditam requirat: aut contra Deum, quod benignus sit & misericors, suæque bonitatis aut misericordiarum nos participes efficiat. O ergo impium murmur de corde venenato procedens, non solum in homines, sed etiam in Deum se refundens! Eratis planè, ô Scribæ & Pharisæi, dum murmuratis, *quia hic peccatores recipit, & manducatur cum illis;* hoc enim non in ejus vitæ periculum, sed in ejus creditur encomium.

Nempe hic est titulus honorificus Jesu Christi: **HIC PECCATORES RECIPIT.** Hic est Titulus quo semper gloriatur, & quem vult sibi omni in loco, inscribi & affigi, tamquam Elogium quo maxime delectatur. Vernaculè diceremus: *C' est sa devise.* Sive enim consideretur matris gestatus in utero, sive jacens in præsepio, sive docens in templo, sive agens in deserto, sive stans in loco publico, sive conversans in privata domo, sive accumbens in convivio, sive sedens in agro, sive prostratus in horro, sive pendens in patibulo, sive jacens in sepulchro, sive existens in cælo sive absconditus in Sacramento, de illo ubicumque verum est; *Hic peccatores recipit.*

Luc. 1.

1. Cur de solio cælesti in hunc mundum descendit, nisi ut effectu adimpleat hoc Elogium suum; *Hic peccatores recipit.* Cur in utero Matris conceptus mox ad Joannem adhuc infantem in peccato originali existentem; *Quia; Hic peccatores recipit.*

Luc. 2.

2. Cur in præsepio factis colligatus jacet. Sic peccatorum nostrorum vincula dissolvit, & peccatores recipit. Nonne a Juda Pastores, ab Orientis Regibus idololatrias in eum; & factis existens recipit.

Matth. 2.

3. Cur cum Anna & Simcon eum in templo

adorant? *Quia; Hic peccatores recipit.* Ideo enim loquebantur de eo omnibus qui expectabant redemptionem Israël. Cur in eodem templo vel Synagoga postea docens dicit se à Spiritu sancto unctum iuxta viciniam Hæm? *Quia; Hic peccatores recipit, Isai. 61. & sanat contritos corde.*

4. Cur etiam in deserto concurrunt ad ipsum turba? *Quia; Hic peccatores recipit.*

5. Cur in loco publico stans inelamar quodam festivitatis die: *Si quis sitis, veniat ad me & bibat.* *Ioan. 7. Quia; Hic peccatores recipit.*

6. Cur in privata domo per tectum demittitur ad eum Paralyticus? *Quia; Hic peccatores recipit.* Quapropter ait ipse Paralytico huic; *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.*

7. Cur jacet ad ejus pedes lacrymis illos rigans mulier in civitate peccatrix, nec veretur esse importuna accumbenti in convivio? *Quia; Hic peccatores recipit.*

8. Cur apud puteum in agro adco prolixo sermone alloqui dignatur Samaritanam adulteram? *Quia; Hic peccatores recipit.*

9. Cur alteram adulteram in templum eripit ab accusantibus & eam lapidare volentibus? *Quia; Hic peccatores recipit.* Unde ei dicit: *Vade jam noli amplius peccare.*

10. Cur in Horto prostratus jacet, & cuore suo terram rigat? *Quia; Hic peccatores recipit, & peccatis nostris terram impiam expiat, & excolat.*

11. Cur in cruce habeat brachia extensa, caput inclinatum? *Quia; Hic peccatores recipit, amplexatur, & in osculo pacis eis reconciliatur.*

12. Cur latus habet apertum? *Quia; Hic peccatores recipit janua aperta, & usque ad cor suum introducit.*

13. Cur post resurrectionem Petro apparet in solitudine deploranti crimen suum, & in Apostolorum Collegio apparere erubescenti? *Quia; Hic peccatores recipit.*

14. Cur in Apostolos infusilians post Resurrectionem Spiritum sanctum eis donat cum potestate remittendi peccata? *Quia; Hic peccatores recipit, & vult ut Apostoli vice ejus eos recipiant.*

15. Cur eum in Cælo existentem intruens S. Stephanus ei suos commendat persecutores in extremis agens? *Quia; Hic peccatores recipit, quantumlibet exasperantes. Unde virtute illius orationis conceptus est Paulus qui dicit: Christus venit peccatores salvos facere, quorum vrinus ego sum.*

Denique; Cur in carne existens, & modò etiam sub sacramentali velo absconditus dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos?* *Quia scilicet Hic peccatores recipit.* Merito ergo errant appropinquantes ad eum publicani & peccatores. Invenit enim & injuste ea de re conqueruntur a multi Pharisæi.

Si oculo pietatis inspicere voluerimus Jesum, inveniemus illum tamquam liberum mites & foris

Luc. 2.

Ioan. 7.

Luc. 8.

Luc. 7.

Ioan. 4.

Ioan. 8.

Luc. 22.

Ioan. 19.

Ibid.

Ioan. 20.

Act. 7.

Tim. 1.

Mat. 11.

scriptum; & si legere novimus, hæc est scriptura exarata toto hoc libro mystico: *Hic peccatores recipit.* Hoc gestat in fronte scriptum, in manibus, in pedibus, in oculis, in corde, in toto corpore. Hoc vulnera tamquam characteres, hoc clavi tamquam calamus aut penicillus, hoc sanguis ejus instar atramenti aut colorum, viva eiter exprimeze censentur omnibus legere volentibus. O igitur felix, o suave, o melleum verbum: *Hic peccatores recipit!* O verbum quod suaviter animum afficit, reficit; & nunquam defecit bene ruminatum, sed semper sapidum est peccatori, millies licet repetitum. Et quid esset de nobis miseris & infirmis, qui ad colubrici sumus & propensi in peccatum, si hic peccatores non reciperet? Hoc igitur confirmat, solatur, erigit nos in spem, ne in profundum desperationis labamur & aborbeamur, quia *Hic peccatores recipit.* Ideo possumus dicere & cum Psaltere: *Adjutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum super speravi.* Quasi diceremus cum illo: *Audivi Domine quia misericors & miserator, patiens & multæ misericordiae & verax, & quod non solum adjuves peccatores vocando, inspirando, illuminando, excitando, ut à peccatis surgant, sed etiam excitatos & surgere volentes, mirè amanter suscipis, deducis, amplexaris, veniam & perfectam reconciliationem cum amore eis exhibendo.* Ideo in verbum tuum super speravi, adjecti semper quamdiu spiror ad sperandum in te & in verbo tuo: & licet sæpe sapius cadam, tamen non despero, quia tu non fastidis, sed dignaris recipere peccatorem etiam frequententer cadentem. *Suscipe ergo me Domine peccatorem secundum eloquium tuum, & vivam, & non confundas me ab expectatione mea, quia copiosa apud te est redemptio & propitiatio. Tu es Deus poenitentium, & non posuisti poenitentiam pro iustis, sed propter me peccatorem, aut Manasse orans.*

Psal. 118.

Psal. 118.

Pars III
*Cur Christus man-
 ducaret
 cum pec-
 catoribus.*

Neque verò solum hic peccatores recipit, sed etiam manducatur eum illis. Epulum ei gratissimum præparant peccatores in conversione sua, epulum equidem spirituale, quod tamen ad umbra-ri voluit corporali epulo sibi sæpe permisso & annatu ipsiusmet ab eisdem præparato. Sic ubi Matthæum se sequi iussit, instruxit ei convivium Matthæus, de quo S. Ambrosius in Luc. *Toto post Dominum vestigio incedit, convivium quoque magni exibat apparatus. Qui enim dominico Christum recipit interno, maxime delectationis tuæ exultationem patitur voluptatum. Dominus latenter, illic ingreditur, & in eius qui creditur eum bibit affectu.* Et quis cum eum Matthæus recepit, iterum idem a Pharisæis murmuravit: *Quare cum Publicanis & peccatoribus manducas & bibis?* Respondet his verbis S. Ambrosius: *Serpentina vox ista est. Hanc primana vocem serpens emisit dicens: Eva: Quis usque vobis dixit Deus; Nolite manducare de omni ligno? Ergo Publicanus sui venena diffundunt quid dicunt? Quis cum Publicanis, peccatoribus manducas & bibit? hæc S. Ambrosius.*

Similiter cum Zachæum ad gratiam & salutem vocaret hic idem qui peccatores recipit, voluit manducare cum illo: *Hodie, inquit, in domo tua oportet me manere, festinans descendere.* Cum que excipus fuisset hospitio & convivio, dixit: *Hodie huic domui à Deo salus facta est.* Quod autem ipsum non tam cibum corporalem, quam spiritualem quæretur cum peccatoribus conversando, perspicuum est ex responso quod dedit Apostolis suis, cibum ei afferentibus quando alloquebatur Samaritanam. Dixit etiam: *Ego alium cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Quis vero ille cibus? Audi ex eius ore: *Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei.* Cibus ergo ejus electus & ferulorum gratissimus, conversio peccatorum erat; & hæc erat voluntas Patris ejus, ut illos ad lucem & fidem adduceret, & ad vitam æternam per fidei viam introduceret; sicque non perderet quemquam ex omni eo quod dedit ei Pater.

Luc. 19.

Joan. 4.

Joan. 6.

Quod si ejus cibus est & epulum deliciofum, conversio peccatorum, jam non solum cum peccatoribus manducatur, sed etiam de peccatoribus sibi cibum acceptissimum præparat. De cinere enim poenitentiae nostræ admixto lacrimis contritionis panem sibi conficit deliciofum; & cor contritum ac humiliatum mensæ suæ apponit tamquam ferulum igne doloris & amoris excoctum, & palato suo lapidissimum. Sic ergo divina gratia felamur peccati nostri per poenitentiam condire novit & excoquere, ut pro deliciofis dapibus illud ejus mensæ feriat.

Cibus
 Christi
 peccatoribus
 Gen. 27.

Audi figuram hujus rei. Dum Isaac Rebecce maritus de venatione cibum expeteret, illa mox iussit sibi afferri duos hædos per manus filii sui Jacob. Quid de hædis agere velit, miratur Jacob, Respondet ipsa: *Ut faciam ex illis Patri tuo escas quibus libenter vescitur.* Sicque per hunc cibum volebat Patris gratiam & benedictionem conciliare filio suo Jacob. Hædi in Scriptura peccatores significat, ex illis escas parat Patri æterno acceptissimas sapientia divina, tamquam de venatione sua. Ipsa est instar Matris Rebecce, quæ novit condire per gratiam, quod inspidum est per naturam; unde Franciscus Abbas de hac sapientia divina sic loquitur: *Verè sapiens mulier que sic novit hædos coquere, sic condire ut etiam gratiam cervorum coquant aut superent. Gaudium enim est Angelis super peccatore magis quam super nonaginta novem iustis. Sic, sic facit gratia, hæc ille. Epulum ergo Deo, epulum filio Dei, epulum Angelis Dei gratissimum præbet conversio peccatoris. Ideo etiam prodigio revertente instruitur convivium, ad quod convocantur amici, & in illo non solum dapes deliciofissimæ apponuntur, sed etiam resonat dulcissima harmonia. Sicut ergo non sufficit tantum Christo recipere peccatores, sed jucundum etiam ei est epulari cum illis, & ex peccatis eorum ac lacrimis cibum potumque sibi conficere. Lacrimæ poenitentium vinum sunt Christi & Angelorum, dicebat S. Bernardus.*

Gen. 27.

Vide

Iniquum Pharisaeorum murmur.
 Vide ergo quam inique murmurant Pharisaei, quod Dominus cum peccatoribus conversetur. In peccatore enim tria consideranda sunt, natura, peccatum, poenitentia. Natura compatendum est. Peccatum odio dignum est. De poenitentia gaudendum est. Illi Pharisaei solum peccatum respiciebant: hominum qui peccarant fragilitati non compatiebantur: eorum respicientiam volebant attendere. Propterea eos despiciebant praesumptione & superbia inflati, & temere de Christo judicabant cum eis conversante, & ad eorum conversionem incumbente. Quod ipsum adhuc non nulli faciunt, facile in temerarium iudicium profluentes, dum vident Religiosos, pioque viros alloqui, & inire gratiam cum peccatoribus, in eorum bonum & salutem.

Exemplum temerarii iudicii.
 Vitalis Monachus (ut habetur in vitis Partum, parte 1.) quandoque agebat circa prostibula. Existimavit quidam & temere iudicavit illum cum divertere ob libidinem: unde illi quadam die de prostibulo egredienti colaphum impexit, & dixit: Ufquequod illator Christi, non emendas te ab his nequitis? Illic vero a demone obsessus fuit. Adibat enim Vitalis illa loca, ut meretrices a quaestu meretricio & turpi corporis usu revocaret: pecuniaque pacificabatur vel ubi noctis continentiam: ipse vero in angulo orans pernoctabat, & sic multas converterebat ad Deum. Quae res plane patuit cum percussorem suum a demone liberavit, ubi culpam suam agnovit. Unde in cellula viri sancti inventa est haec scriptura: *Viri Alexandrini molite ante tempus iudicare quoad usque veniat Dominus.*

Conversatio cum impiis esse vitiosa.
 Neque tamen dicimus unicum cum pravis licere conversari; quia consortium pravorum quantumlibet bonos quandoque corrumpere potest. Etiam Medici qui agros contagiosos visitant, nonnumquam periculum incurrunr. Christus Dominus sciebat securitatem suam ab omni agritudine sciebat quod sine periculo venam illis posset tangere & secare, educendo corruptam sanguinem ad eorum sanitatem. Noverat perfectam suam lucem, quodque tamquam Sol lucens in virtute sua posset per sterquilinum radios fundere sine inquinatioe. Hoc non omnium est, quia tria sunt quae homines solent perdere, malum consilium, malum consortium, malum exemplum: sicut exemplum bonum, consortium bonum, consilium bonum multos adjuvant ad salutem consequendam. Sed quia magna est infirmitas, & ad malum pronitas in hominibus, facile fit ut iter multitudinis lubricum sequantur, & abripiantur consuetudine & exemplo pravo, ita ut illud videantur efficacius ad malum, quam exemplum pium ad bonum. *Facile malum dicitur seductori, qui dare dissimulat Praeceptoris, inquit S. Bernard. ferm. 77. in Cant.*

Malum consilium, consortium, & exemplum hominum perditur.
 Non immerito senior quidam, ut refertur in Vitis Partum, cerens quemdam juniorem Monachum in gradientem tabernam indoluit, & foris expectans quarebat occasionem cum alloquendi,

zelo salutis ejus impulsus. Illum igitur egredientem advocans, & in locum semotum a turba duccens, sic affatus est. *An nescis frater quod Angelicum gestes habitum? An ignoras te aetate juvenem esse? An te latet quod hostes nobis semper vera tentat? Interim tu populus ingredieris, ubi multa audis qua nec licet audire, multa cernis qua nec decet cernere, sed sique tibi inter viros & mulieres. Observe te in Christo, desine hic in locis commorari, sed redi ad locum tuum, ad cellam poenitentiae, ubi possis salvare animam tuam. Indignatus juvenis respondit, & male respondit: Vade senex in viam tuam, Deus non quærit nisi cor mundum & purum. Tunc in caelum tollens manus senex exclamavit: O Domine Deus tibi sit gloria, jam quinquaginta annis in solitudine dego, & necdum cor mundum habeo: hic vero juvenis in locis dissolutis frequenter egens cor illibatam conservas. Ita sapienter & efficaciter perstringebat omnes qui sine necessitate in consorcio agunt dissolutorum hominum; nec putant id officere cordis puritati, cum sit ramentum facile maculam contrahere a pravis consortiis & exemplis.*

Sic contingit etiam quandoque Confessarios, Concionatores, Pastores, Sacerdotes, & Religiosos viros (quibus conversandum est cum hominibus hujus seculi ad salutem eorum procurandam) quandoque abripi ad mores seculares, mundanos errorumque, quasi ad cursum fluvii. Contingit, inquam, ipsos qui tamquam sal alios condire debuerant, cum illis evanescere, & foras projici conculecarique tandem, & insatuatum ad nihilum vales, ultra, nisi ut projiciatur foras, & conculecetur ab hominibus, dicit Dominus. Nempe tanta est fragilitas humanae mentis, tanta etiam vis pravae consuetudinis in malum trahentis, mali que exempli ad vitam multitudinis pellentis animas instabiles.

Notat Abbas Lintiacensis in Roseto r. ca. 3. causas varias cur a primævo splendore & sanctitate Ordines Religiosi deciderint. Cluniacenses, inquit, defecerunt propter otium, Cistercienses propter negotia nimia ruralia, Praemonstratenses ob nimia Milliarum & chori onera. Benedictini ob nimias opes; Filia ample Religionis suffocavit Matrem devota Religio. Ordines autem Mendicantes ob nimiam cum secularibus familiaritatem, quia nimis se populo immiscuerunt: *Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & factum est illis in scandalum. Psal. 105.* Hoc fecit etiam de aliis Ordinibus verum est, quod conversatio nimia cum seculis hominibus eos conspurcavit aliqua parte, vel conspersit aliquo seculi pulvere. Unde dictis conformiter Seneca sapienter pronunciat: *Inimica est multorum conversatio. Nemo non nobis aliquot vitium, aut commodat, aut imprimit, aut ne sciamus: ubi illius Socratis, Catonis, Latio excusare memora suam. Dissimilis multitudo potuisset. Adeo nemo nostrum, qui maxime concinnata ingenia, fieri imperium virtutum: tam magno comitatu venientiam potest convictor delicatus paulatim emorvas & molles vicinas.*

Matth. 23

Car Religiosi a primævo splendore deciderunt.

Psal. 105

Seneca ep. ad Luc. c. 7.

vicinus d'oes cupiditatem habet malignus omnes quam-
tenus candido & simplici animo subiginem suam af-
fricat. Hæc itaque omnia nos mouent (quibus
quandoque instar Charrini cumbit cum peccato-
ribus agere & conuersari) ut nobis ad vigilemus,
ne nos potius illi trahant ad sæculi ad multitudi-
nis viam, quam nos ad viam Domini, & Cæli eos
trahamus.

Conclu-
sio.

Concludamus & dicamus: Ita, ô Domine Iesu,
fac semper hanc cum hominibus misericor-
diam, ut trahantur à te peccatores, & curant post
te: quare eos ut quarant res, appropinqua eis ut
appropinquent ad te. Recipe peccatores, quan-
tumlibet irascatur malignis animus invidorum,
quantumlibet fremat invidia malignorum, & dæ-
monum. Sit semper & agnoscatur ab omnibus ti-
tulus iste tuus honorificus: *Hic peccatores recipit.*
Recipe peccatores, ut desinant esse peccatores.
Recipe confitentes, ut redeant ad te mundi & pœ-
nitentes: quia quando eis appropinquas, sanctifi-
cas. Tu non recipis peccatores adhuc peccan-
tes, sed recipis peccatores pro venia peccan-
tes: nec enim criminis susceptores, sed hominis,
non peccati, sed peccatoris, sicut fluit cera à facie
ignis, sic pereant peccatores à facie tua. Pereant,
sed bene & feliciter pereant, dum perit peccatum,
& corda eorum liquefiunt à facie ignis contritio-
nis: dum sic perierint ut peccatores, suscipies eos
ut pœnitentes, & sicut iusti, & manducabis cum
eis: epulabuntur in conspectu tuo. Apponant tibi
cor contritum conditum lacrimis, tu non despicias
ferculum istud gratissimum; appone tu eis vicissi-
m gratia tuæ & misericordiarum cibum verè mise-
ris lapidum, sicque epulare cum eis, & ipsi tecum,
donec pertingant tandem ad beatitudinis tuæ æ-
ternum epulum, ubi nullum amplius patientur
murmur, nullam contradictionem; sed resonabit
iugiter sola vox exultationis & confessionis.

EADEM DOMINICA.

LECT. 4. *Quis ex vobis habens centum oves, si perdidit
Tripart. unam ex illis, etc.*

PARS I. **D**ignatus est Christus Dominus Phariseis ob-
directantibus respondere, coque suaviter &
efficaciter redarguere, ostendens triplici simili-
tudine, quam Deo sit accepta peccatorum conuer-
sio, & Angelis ejus: quodque quærendi sint illi cum
eis conuersando, ut ad pœnitentiam & ad Deum
adducantur. Proponit primò similitudinem Pa-
storis ovem exerrantem sollicitè requirentis, & ea
inventa amicos & vicinos ad gaudii locietatem ad-
vocantis. Proponit deinde similitudinem mulieris
drachmam perditam quolibet domus angulo ac-
censa lucerna in vestigantis, & illius tandem reper-
tæ lætitiâ similiter communicantis cum suis
consodalibus & vicinis. Proponit denique simili-

tudinem Patris filium prodigum reuertentem ex-
oculantis, amplectentis, festivoque epulo cum
geniali plausu excipientis. Explicabimus autem
hic paucis parabolas Pastoris ovem querentis
& quoniam super Evangelio, *Ego sum Pastor bonus,*
Dominicæ III. post Patena sufficienter dedimus
rationes, cur Christus Pastor dicatur, nosque oves
regis ejus, ideo hic non repetemus, sed Lectorem
illuc remittimus.

Queritur autem hic primò, quid significet
nonaginta novem oves, quæ in deserto dimissæ di-
cuntur, quid etiam unicilla quæ aberrans requir-
tur? In primis rectè dicitur cum Theophylacto,
& aliis Interpretibus per centenarium numerum
(qui perfectus est) intelligi numerum perfectum
electorum; qui Christo tamquam pastori instar
ovium rationalium committuntur. Per nonaginta
novem oves quæ in deserto, sive in pascuis relin-
quantur, significari iustos qui in gratia vivunt, &
ibi dimittuntur quasi in solitis pascuis; per unam
vero ovem significari peccatorem, qui licet electo-
rum sit ex numero, adhuc tamen aberrat, &
propterea à Pastore sollicitè requiritur; hoc est à
Christo, qui sollicitam habet curam, ut impleat-
ur numerus electorum; quia & ideo venit in hunc
mundum, nec desistit quaerere, donec ovem erran-
tem reperiret, & reportaret. Itaque ipse est simili-
lis homini, cui grex esset centum ovium, & licet
una solum ex illis erraret, magna tamen sollicitu-
dine illam requireret, magnoque gaudio de illa re-
perta exultaret. Igitur parabola hoc sensu intelli-
genda foret de grege hominum iustorum, compa-
rando illum cum uno peccatore societatem iustor-
um relinquentis; non verò de grege Angelorum,
comparando illum cum homine sive cum humana
natura tamquam ove errante. Unde Christus Do-
minus concludens dicit: *Ita dico vobis, gaudium
erit Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam a-
gente.* Ubi indicat Angelos potius intelligi per vi-
cinos illos qui advocantur ad congratulandum
Pastori de ove reperta, quam per nonaginta no-
vem oves.

Secundò nihilominus dicendum, etiam rectè
intelligi per 99 oves Angelos in Cælo relictos, per 99. Ovem
unam autem quæ perierat naturam humanam in sume An-
Adam perditam, ad quam requirendam venit Chri-
stus insatigabilis. Hæc est concors multorum anti-
quorum Patrum sententia, Cyrilli, Ambrosii, Hi-
larii, Gregorii, Bedæ, Augustini Glossæ versisque,
& aliorum. Hanc etiam sententiam confirmat al-
tera parabola, quæ agit de decem drachmis, & de
una perditâ ex illis; ita ut novem drachmæ nò per-
dita, sint novem Chori Angelorum, una autè per-
dita, sit humana natura, quæ etiam sicut Angelica
imaginem & signaculum Dei: tamquam ejus drach-
ma impressam habeat. Centum ergo oves habuit
Deus cum homines & Angelos creavit, una perit
ex illis, homo scilicet qui respectu magis numeri
Angelorum non nisi unam conficere censuram re-
spectu

1.
99. Ovem
sunt iusti
in gratia
viventes.

Dop.
scop.
ma.
hoc
bola.
i. o.
re p.
sua.